



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 15. Pontificis responsum circa modum decreta, & Canones condendi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

**Sæcul. XVI.**, „Beatitudo vestra ab inutili hac mo-  
A.C. 1563. „lestia, ac cura libera esse possit.

§. XV.

*Pontificis responsum circa modum de-  
creta, & Canones condendi.*

**Pallav. n. 10.** Interea Romæ circa modum decreta  
**Sarpius l. 7.** conficiendi accurasier opera impen-  
pag. 635. debatur, ac per pensis prius rationibus,  
quæ Tridento Romam missæ a Vice-  
comite exponebantur, in hanc senten-  
tiam Legatis responsum est. I. Ipsis  
communicabantur variæ animadver-  
siones, quæ de Decretorum tenore con-  
cipiebantur. II. Cum admota esset ma-  
nus ad formandos canones de Hierar-  
chia, atque a Cardinale Lotharingio  
præter septem jam paratos octavus fuisset  
propositus, quo summi Pontificis  
prærogativæ declararentur, tum neces-  
sarium censebatur, ut adderentur verba  
alias memorata, ac pene ad verbum  
exscripta ex iis, quæ Florentina Syno-  
dus definierat, sine quibus sententia  
manca, & ambigua remansisset. III.  
Curent idcirco Legati, ut Canon eo  
modo conficeretur, quamvis vero cre-  
dendum esset, eos in tam æqua peti-  
tione obstaculum non offenduros, si ta-  
men forte illud offenderent, ne pro-  
pterea desistant, sed conatum omnem  
exerceant ad illud superandum, con-  
derata

derata intentionis æquitate, necnon <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 veneratione, quam inspiret auctoritas <sup>A.C. 1563.</sup>  
 tam sancti, venerandique Concilii, cu-  
 jusmodi fuerat Florentinum. Eapro-  
 pter in Septimo Canone studiose atten-  
 debatur, ut retineretur ea forma, cu-  
 jus auctor erat Cardinalis Lotharingius,  
 ita tamen, ut ea in quibusdam vocibus  
 emendaretur, unde sequentes tres for-  
 mulæ præscribebantur, inter quas pri-  
 ma secundæ, secunda tertiae præfere-  
 batur, adeoque eo etiam ordine illas  
 proponere Legati jubebantur.

## §. XVI.

*Tres diversæ Canones concipiendi  
normæ.*

Porro tres hæ normæ erant ejusmodi.

I. *Anathema sit, si quis dixerit, Episcopos assumptos a Romano Pontifice, in partem sollicitudinis, non esse positos a Spiritu Sancto ad regendam Ecclesiam Dei in ea parte, ad quam assulti sunt, aut per Sanctam ordinationem non esse majores Presbyteris.* Præmissis his sequebantur ea, quæ in Canone per Lotharingium dictato continebantur, ac pariter in duabus aliis formis habebantur, hujus tenoris: *aut non habent Episcopi potestatem ordinandi, aut si habent, habent communem cum Presbyteris, aut Ordines ab ipsis col-*

C 2

lati